





MADALII PROVERBIA
INCUNABULI
L
7
25
Biblioteca Nazionale Centrale - Firenze










Reichling V, 180

HC 10431
10432
10433
10434

Secolo XVI°

Rhodes in "La Bibliofilia" LXXXIII, 1980, pp. 221 ss

100 R [c. 1515, Fi, Giov. St. di Carlo]



IO. BAPTISTAE MADALII CORTON. AD PETRVM FRANCISCVM MEDICEN PROVERBIA.


ARVE liber celeri Medicuz pete limina gressu:
Grataq; fer domini dona futura tui.
Nanq; licet tota uates ex urbe fugētur:
Vsq; tamen musis hęc domus una patet.
Vade, sed admissus fac commoda tempora serues:
Nam mage captato tempore cuncta placent.
Cum tua conspiciet placido munuscula uultu:
Madalius dicas hoc tibi mittit opus.
Cur mensura breuis tibi sit, si forte requirat:
Dic-uirtus paruo corpore maior inest.
Maius erythręi precium meruere lapilli:
Quam de tyrrhenis grandia saxa iugis.
Quid mirum est, uastum si flumina continet ęquor?
Id, fluuius totum si capit ęquor: erit.
Hinc si scire uelit-potius cur disticha mittam:
Dic-uulgata breui carmine dicta iuuant.
I-demum fęlix: at si mordebere: dentis
Cum tibi sit medicus, uulnera nulla time.

AD LECTOREM .a.



AEc lege uulgatis tercētū disticha uerbis:
Dicere qui breuiter grandia sensa cupis.

Aut bibat aut abeat qui uult mea carmina secū:
Non facit ad rigidos blanda camaena uiros.

Defuncto barbam vellit quicunqꝫ leoni:
Segnis ad eurotam sępe sedere solet.

Vna simul binas uolucres transenna fefellit:
Hoc potes aucupium iure uocare bonum.

Te peruenturum ad frugem despero sub istis
Vestibus: est fęlix mane notanda dies.

Accipiter uēnit: mirari desine: tempus
Cantio si uolucri defuit ante suum.

Quem post facta piget: grauior sibi poena uidetur.
Sed pręuisa minus uulnera cuiqꝫ dolent.

Pingere ceu tabulas solet una fidelia multas:
Sic etiam multis res ualet una dari.

Consilium in media capiat gladiator arena:
Nam secus effuso sanguine uictus erit.

Sustulit hic uitulum: poterit quoqꝫ tollere taurum:
Nam cui parua placent: magna placere solent.

Ille nec immerito sitiens occumbere posset:
Qui maris in medio gurgite querit aquam.

Perfricuit faciem: sed nil profecit Alexis:
Ora uerecundo tacta pudore rubent.

Omnis habet mutam facies pulcherrima laudem:
Hac tua num muta laude carere potest?

Maiorum sequitur uestigia recta uirorum:
Quē manet ex meritis fama decusq3 suis.

Est in consilio ductoris strenua uirtus
Militię: seruant cętera membra caput.

Falleris: hircino loris ex tergore sectis
Non opus est cedi: mater ut esse queas.

Ne tantum tumeas: ab eodem nomine dicta
Hęc studia humanos nos magis esse uolunt.

Vna aliam trudit fallacia: fallitur omnis
Fraus a fraude: sua uincitur arte dolus.

Vultur adest: aliquod potes expectare cadauer:
Non fallunt priscis signa notata uiris.

Non est posse homini pro uiribus usq; uolendum:
Sępe fit asperius dulce quod ante fuit.

Qui paruam alterius festucam in lumine cernit:
Ingentem in proprio non uidet ille trabem.

Nare procellosos tentas sine cortice fluctus:
Sed caput impatiens obruet unda tuum.

Vulpis more pirum comedam licet: omnia uincam:
Quod scio continua nescio fronte: feram.

Sermo animum reddit: nec rerum fallit imago:
Dant quod habent semper lignea uasa merum.

Vulpinam pellem qua non uenit illa leonis
Consue: si virtus non ualet: adde dolos.

Inter cyaneas tutus non nauigat omnis:
Naufragium patitur: qui facit illud iter.

Formicam laqueus retinet splendentibus alis:
Sepibus his autem nulla remansit auis.

Ni te postremum fecisset Mysia ciuem:
Inter magnates iure locandus eras.

Diuitię prosunt: animus si tractat habenas:
Sin contra dominos pręcipitare solent.

Syrenum cantu demulceor omnibus horis:
Res mihi cum tribus est: quis superesse potest?

Recta uel in tenebris proprium dat fama nitorem:
Lumen in obscuro clarius ignis habet.

Consuetum patitur uitium, nisi corrigat omnis:
Qui uitiis parcit: moribus ille nocet.

Pollicitis maneas: polium ne sponte sequaris:
Immemorem uerbi non decet esse uirum.

Quisq; senex aquilam canis imitatur in annis:
Mamma senum merito dicitur esse merum.

Si puer erubuit: color est uirtutis in illo:
Sin minus, est uitii: signat utrunq; polus.

Hęc panem ostentat: lapidem fert illa: caueto:
Rara sub aspectu firma priore manent.

Si malus es parcas aliis: si recta reperta
Est tibi: cur aliis hoc iter esse negas?

Stramina q̃ gemmas semper magis optat asellus:
Quid sibi cum gemmis? cognita quenq; trahunt.

Sic nos sub specie uirtutum crimina perdunt:
Mixta uelut dulci toxica melle necant.

De superis tantum rauca ne uoce queraris:
Quę uenit ex merito: non male pęna uenit.

Cum uilis totam ridet te turba per urbem:
Dic tecum ingenti prosperitate fruor.

Non est parua domus: multos que claudit amicos:
Que paucos capit/est parua: sit ampla licet.

Est vlciscendum nunquam cum crimine crimen:
Vltio deterius semper haberet iter.

Omnis mors odio est: sed fit sapientia morte:
Haud danno alterius lucra carere queunt.

Vnum qui ledit: multis ledendo minatur:
Inq; fugam taurus vertere quenq; facit.

Arbiter est oculus pa ula si certior aure:
Credere quo ualeas cernere cuncta velis.

Quem rotat in girum subitis Rhannusia pennis:
Speret fortunam posse redire suam:

Rebus in aduersis iniuria risus habetur:
Letus leta quidem/tristia tristis amat.

Plus valet indubiis audacia plurima rebus/
Quam timor: infirmo cuncta timore cadunt.

Femina coniugii discordes tractat habenas:
Parendoq; iubet sit modo casta/uiro.

Inclusus morerere fame, si caspius esses:
Et te uicturum semper in orbe putas?

Si dimittenda est occasio nulla cauendi:
Cur non ardenti queris ab igne fugam?

Penitet hunc propere: citius qui iudicat equo:
Iudicium melius uerba retenta ferunt.

Ne fraudes Genium: est etiam capienda voluptas:
Debet quisq; suis rebus habere modum.

Extremis digitis attingere cuncta uideri
Qui cupit: audaci fur rapit inde manu:

Candida marmorei laceras cur saxa sepulchri?
Nil profecturam Versus es in rabiem.

Hic homines tanto potiuntur honoribus astu:
Vt uel in hircanis degere prestet agris.

Iudicibus nummos cum dat, bene perdere fontem
Vulgaris merito dicere turba solet.

Quod placet innumeris: custos non sufficit unus:
Quisq; malus certe si uelit, esse potest.

Si non esse locum sine teste putaueris unquam:
Officient anime crimina rara tue.

Qui se uictorem uincit: bis uincere dicunt:
Sic quoq; bis proprio qui perit ense: perit.

Quisq; tolosanum cum tempore possidet aurum:
Copia si fuerit non bene parta sibi.

Ne mirere bonam faciat quod curia legem:
Lex bona de turpi more uenire solet.

Esse bonam ad frugem nollet se nemo' receptum
Vel malus: hunc mundi uincla sed arcta tenent.

Tarda leuem celeri cursu testudo molossum
Pręuenit: quamuis res noua uera tamen.

Cecropidum uetus exemplum renouemus amici:
Mutuus in nostro pectore uiuat amor.

Lumbricum transenna tenet: sed turdus abiuit:
Aucupium solita deficit arte tuum

Qui rectam sequitur peccat: cum crimina prosint:
Nonne uides prauos prosperitate frui?

Vlla queri de qua nequeas tam prospera nunquam
Sors tibi succedet: res habet ista uicem.

Agmina peccantum sceleris mos perditus auget:
Cum sociis proprium quisq; tuetur onus.

Cuncta tibi tradam: fueris ſi factus ad unguem:
Sin contra-melior phryx mihi ſemper eris.

Qui colit alterius fundum: nec cętera curat:
Incultum propria deſerit arte ſuum.

Vt tua me totum uehemens audacia ſepſit
Non ita pompilii circulus antiochum.

Te prius inſpicias: qui carpere niteris omnes:
Vt libeat quemuis morſibus inde petas.

Quod cupiat ſcit amans: ſequitur ſua uota: nec ũquã
Quod ſapiat: parili pendere lance ſolet.

Cum tibi blanditur uultu fortuna ſecundo:
Captatum accedit: tunc magis ipſe caue.

Cuncta nihil debens uiuit per ſęcula fęlix.
Nam ſe ſuprema peſte carere uidet.

Deberes animam ſaliaribus improbe cęnis:
Preſbiter aſſiduam ni tibi ferret opem.

Ne mea quęre tuo pro carmine carmina uates:
In permutando munere Glaucus eris.

Plus placet alterius nobis ſpectantibus aurum:
Plus aliis noſtrum: ſic aliena iuuant.

Te potius uellem mores seruare uetustos:
Priscaq3 linquentem uerba moderna loqui.

Difficilem cunctis ad crimina prębeat aurem:
Qui seruare animam uult sine labe suam.

Abiectum quamuis hostem decet esse timendum:
Vmbram nanq3 suam quisq3 capillus habet.

Vincere ad exitium res hęc inhonesta uidetur:
Cum punire suos sit potuisse satis.

Non peiora dabit uitiis gens postera nostris:
Culmen inaccessum crimina cuncta tenent.

In quancunq3 domum clementia uenerit: illi
Cum magna fuerit prosperitate quies.

Assiduo turpem deducit crimine uitam:
Qui putat in nullo tempore posse mori.

Si facilis timido/sors conuenit aspera forti:
Aspera nam timidis non datur herba uiris.

Crede mihi/pariter laus & lasciuia nunqam
Concordes una sede manere queunt.

Prosper naufragio uentus cognoscitur omnis:
Quis bonus esse nequit: dum freta tuta silent?

Cui nouus exoritur: ueterem quoq; captat honorem:
Ille sed indigno dedecus esse solet.

Hęc tria sunt incerta: uolet qua parte uolucris:
Quę uia sit puero: quod legat anguis iter.

Quę nasci iubet atq; mori: lex omnibus una est:
Euasit natum non deus ipse suum.

Pronus in aucupium clausis se deiicit alis
Turdus: habet proprios sibilus iste modos.

Si meret: haud ęquum est alienę parcere famę:
Est hominis potius fama tacenda mali.

Te tenet hippodromus frustra: nec habebis honorem:
Nam tuus a leua parte reflexit equus.

Omnibus in terris homines ita tempora ludunt:
Quod fugiam-aut optem-res latet ista mihi.

Marmoreum frustra tentas donare colossum:
Ad tales faciunt munera nulla uiros.

Si dolor est hostis leso medicina doloris:
Inueniet finem nulla medela suum.

Hic certaret adhuc: quamuis tibi debeat herbam:
Andabato secum prętia more geras. .bii.

Quos furor exagitat, socios committere noli:
Eripere iratis non dare tela decet.

Ne letare nimis, subito cui prospera surgunt:
Cuncta ad pernitiem nam cito leta cadunt.

Que cupiunt multi, numerosa pericula prebent:
Supremus uario queritur ense locus.

Alterius comitem facundia uectat eundo:
Est opus at subiti sint sine dente sales.

Vtilibus nunquam nocuit dilatio rebus:
Magna facit, stultum quem nimis hora fouet.

Ingratum satis est hominem dixisse: malignos
Qui tantum uitio nos docet esse suo.

Magna nec ingenuus patitur, nec iurgia fortis:
Quorum aliis leuius debet uterq; pati.

Nil refert, quo animo facias, fecisse quod atrum est:
Facta patent tantum: mens animusq; latet.

Cui semper dederis, suades auferre negando:
Ante caue: legem mos ueteratus habet

Ex rapto semper discordia nascitur omnis:
Cur nunc bella fremunt? quenq; rapina iuuat.

Cum contennuntur: citius discrimina surgunt:
Sed metuens labem non cito labe perit.

Acrius efficitur maledictum interprete: semper
Stercora fetorem dant magis acta suum.

Omnia conueniunt pariter non omnibus annis:
Est fructus iuueni: crimen amare seni.

Si salis ante opus est modium consumere secum:
Quam cognoscatur: rarus amicus erit.

Stas inter saxum & sacrum: tibi iure timetur:
De te iam certa est alea iacta manu.

Vendita libertas munus capientis habetur:
Si bene metiri cum ratione uoles:

Obiice discreto nunquam bene facta sodali:
Qui meritum dicit se tribuisse: petit.

Delicias cum ludit anus dat sedula morti:
Linquere nam tetri carceris antra cupit.

Quisq; sibi ęqualem mulierem inquirere debet.
Impar pernitie diffidet omne graui.

Res aduersa probat: sed prospera reddit amicum:
Dum sequitur corpus sol: nitet: umbra suum.

Audendum eſt: forti pręſtat fortuna fauorem:
Cordaq; fęlici ſorte puſilla carent.

Cum metus interior iuueniles auferat annos:
Quam miſerum eſt fieri ſic metuendo ſenem.

Nec cytharam pulſat· nec cantat rector olympi:
Cura grauem grauior debet habere uirum.

Quęq; ſuos regio retinet uel paruula cantus:
Viuorum in menſa te meminiſſe uelim.

Corue cadaueribus· volucris quę ſacra reliquit·
Veſceris: & palmam primus habere putas.

Melle nouo· ac ueteri uino iam confice mulſum:
Ad rem ſunt mediis cuncta parata ſuis.

Non tibi tam facili concedam lampada curſu:
Vltima ſupremis uiribus herba datur.

Dans meritum ſumis· digno qui tradere curas:
At teſtis nulli mutuus eſſe velis.

Sunt tibi romulidum tria nomina more quiritum:
Dedecet ingenuos ludere ventre uiros.

Aſpice quid facias· gemina tibi parte timendum eſt:
Fidum in conſilio poſſidet hoſtis equum.

Sedula cęciacos imitatur fęmina flatus:
Ad se qui flando nubila pulsa trahunt.

Pro te iam nati comedent cum lentibus offas:
Talia nec pleno te pudet ore loqui?

Cum malus esse bonum simulat se-pessimus est tunc:
Effuge in alterutrum colla reflexa latus.

Fertilis est oculus domini gradientis in agro:
Fac tua te noscant omnia semper herum:

Fertur obumbrari nimium sapientia uino:
Vim tamen ingenii quis negat esse merum?

Iam uia deficiet: ne quęre uiatica tantum:
Nil poteris tecum ferre: quietus agas.

Crus planus ecce semel fregit: nec creditur illi:
Mendacis perdunt omnia uera fidem.

Te duce finitimi gaudere cupiuimus omnes:
Gaudia sed rapidi nostra tulere noti.

Si patitur tempus-quam fare' libentius audi:
Claudere qui os nescit: nescit & ille loqui.

Tam modicum inficias-nolo: ieiunus abibis:
Arcta licet modicum non olus olla legit.

In neruum erumpes, pariter se cornua iungunt:
Omnia sufficiant, quae satis esse uides.

Siste parum, quaeso, ulterius procedere noli:
Dic mihi tam pinguem quis tibi fecit equum?

Esca uelut pisces homines ita munera captant:
Subdita muneribus fasque piumque manent.

Esset apud Cares faciendum hoc fortibus armis:
Nonne pudet talem te lacerare uirum?

Altus es ipse nimis: quis te comprehenderet unquam?
Ad puteum restis non facit ulla tuum.

Qui delatori patulas accomodat aures:
Hora sibi placidae nulla quietis adest.

Quae uitium ante fuit, nunc assentatio mos est:
Qua quoque si careas sorte carere soles.

Quem iuuat in neruum semper pro uiribus ire:
Non debet quando fallitur ille, queri.

Fleui quae uolui, post quam mihi parta fuerunt:
Quaeque magis semper cognitiora mouent.

Hic se se furti nodo magis alligat arcto:
Nec sibi iam faciem perfricuisse iuuat.

Aquo multa ſolet clementia ſępe requiri:
Ille eſt ingentis maxima cauſa mali.

Crede mihi-ſimplex-ſubito ſi uenerit ortu-
Conſilio ſuperat fęmina queqꝫ uirum.

Ille ſui cauſa nunquam uixiſſe fatetur:
Qui propter ſęui uulnus amoris obit.

Nunc opus eſt fato concedere:nam male ſecum:
Hęredem medicum qui facit:ęger agit.

Omnia quę dubitas-ſi tu non feceris unqnam:
Succedent uotis proſpera cuncta tuis.

Semper in exitium domini mortalia caſum
Ni bona quę ueniunt-ſuſtineantur:habent.

Difficilem fac ipſe feras lęto ore ruinam:
Vt facilem leuius tum tolerare queas.

Sic magnam inuicto regi dant plurima laudem
Supplicia:vt medicum funera multa decent.

Fictam nemo diu poterit deducere uitam:
Naturam in propriam ficta cito recidunt.

Noſcitur abſqꝫ aliquo nunquam fortuna dolore:
Sed tunc pręcipue cum uenit apta malis. .c.

Qui tempestati succumbit, seruit honeste:
Quod prudentis opus dicitur esse uiri.

Dum manibus tremulis elephanto crederet assem:
Diriguit subito musa retenta metu.

Inte cognosci perturpe quod obiicis esset:
Qui carpunt, iisdem non decet esse notis.

Si tibi non laudem sine theseo bella reportant:
Quem uestrum maior gloria iure manet?

Erudiendo uiis prestat̃ melioribus uti:
Ingenia hec facili sunt facienda manu.

Vade, nec expecta: nam re tua uota carebunt:
Ista tibi mecum cena canina foret.

Rebus non uerbis credas: nam quod magis opeant,
Sepe negant homines: quo sua uota ferant.

Quos in se sentit, socio largitur honores
Omnis: mel etenim nil nisi dulce sapit.

Ni mutes aliam meliori sydere uitam:
Tristia seiani iura tenebis equi.

Quod desit non uelle sibi sed posse fatetur
In reliquis seruus, si male mitis erit.

Ardentem tristi patitur si corde dolorem
Aegrotus: uultu frigidus esse solet.

Laus a laude quidem, uirtus a pallade fertur:
A flamma lumen surgit, ab igne calor.

Sisypheum semper cogor detrudere saxum:
Tantaleamq; fero nocte dieq; sitim.

Te diuersa breui sub luce negocia tangunt:
Mandere lentiscum desine: tempus abit.

Hic torquet collum: longe fuge: munera uellet
At mea: si Glaucus cum Diomede forem.

Te tua quo tendes, semper fortuna sequetur:
Seu bona, seu mala sit: sors sua quenq; tenet.

Heu quam difficile est habitae custodia famae:
Lincea uix essent lumina mille satis.

Qui mecum incedis dicit fortuna, secundum
Aspice quod possis perdere: casus adest.

Si tua perferrem, facerem mea crimina: nunquam
Vir bonus erranti commodat obsequium.

Tolle meum atq; tuum: fiet pax optima rerum:
Omnis & expulsa lite quietus erit.

Tantaleum nobis satis est libasse liquorem:
Non opus est sacras tangere rursus aquas.

Quod tibi lux donat, timeas: redit illico raptum:
Nanq; cito ut ueniunt cuncta: redire solent.

Pulchra nigredinibus laudatur foemina ternis:
Laudari haec nigro tota colore potest.

Si tibi uis regnum, longe sitis absit habendi:
Omnia nam certe qui nihil optat, habet.

Sola loboranti merces solatia prębet:
Hinc sua ne perdat pręmia quisq; labor.

Aeger in aspectu spectacula turpia tradit:
Tristitiam pellas si potes ergo grauem.

Fornicis in medio furia flagrante peribis:
Si noles igni consuluisse tuo.

Est bona mors homini, quae delet crimina uitae:
Si quoq; dent saeuam uulnera mille necem.

Qui sibi non praestat taciturna silentia: nunquam
Exigere a socio conuenit illa suo.

Defuerit nunquam cupido sua causa negandi:
Inueniet paruo tempore mille uias.

Inuitum retinens ſtimulas exire: repellens
Stare iubes: uetitum quiſq; tenere cupit.

Culpam inſe uitat· qui crimen praeterit atrum:
Dic rogo· quem culpa poſſe uacare putas?

Quae uarius reficit cultus· iucunda uidentur:
Haec num grata tibi quod uideantur: habent?

Paruula pauperibus· ſed auaris omnia deſunt
Materia uotis conueniente ſuis.

Qui rogat indignum: ſimilem ſe iudicat illi:
Nam meritae debent omnibus eſſe preces.

Aſpice quam puras nullo uel munere palmas
Quiſq; deo admoueat: mens mouet ipſa iouem.

Hoſtem pectus habet grauiorem ſedibus imis:
Idem ſed patulo degit in ore leuis.

Oſſibus in mediis uiolentum expertus amorem
Compatiens miſeri ſemper amantis erit.

Bis gratum eſſe ſcias ſemper· quod traditur ultro:
Ingrata eſt longa gratia cuncta mora.

Eſt bonus in nullo cupidus· ſed peſſimus inſe:
Dum comedit ſemper deteriora domus.

Occidimus quoties proprios amittimus usquam:
Nos sors innumerae pessima mortis habet.

Blanda tenet tacito sub pectore lingua uenaenum:
Ne te decipiant dulcia uerba, caue.

Qui dolet, & queritur, lenit sua uulnera questu:
Sed miser heu dolor est in cruce uoce carens.

Sumit opem in nigro, qui tempore commodat albo:
Rebus in aduersis dona secunda iuuant.

In medium de quo nequeas afferre querelam:
Quam miserum est, quod te ledat: & addat onus.

Quisq; sui memor infausti miseretur: & ultro
Auxilium praestat, quod sibi ferre ualet.

Oedippus non sum: dic planius omnia, recte
Haec tua nescio quis uerba tenere queat.

Nulla graues animos anceps sententia uexat:
Semper in expertum durius esse solet.

Ex dulci uino mordacius exit acetum:
Raro, sed grauius prouehit ira probum.

Vitrea fortuna est, cum splendet: frangitur: ergo
Fac caueas: illi uel leuis ictus obest.

Iam nihil in terris homines amittere possunt:
Cui nil perdendum est, perdidit ille fidem.

Si multis placeas, tibi uita placere nequibit:
Nanq; sibi ac multis nemo placere potest.

Qui non uult misereri: nequicquam ille rogatur:
Flectuntur nulla saxea corda prece.

Quod nequit inuerti, ne culpes, ferre necesse est:
Sic nos causarum tendere causa iubet.

Munere non magno, pura sed mente mouetur
Iuppiter: hoc tantum flectitur ille modo.

Est fortuna semel nulli contenta nocere:
Sed solet ad notam saepe redire domum.

Fallitur ille minus, celeri cui uoce negatur:
Promitte atq; nega, tu tua cuncta cito.

Plurimus exorta furor est muliebris in ira:
Nanq; sub hoc sexu non habet ira modum.

Qui metus est multis, multos uereatur oportet:
Subdita sub proprio cuncta timore manent.

Non tam difficile est homines se posse repelli
Quam falli: passim fiat utrunq; licet.

Qui sibi diuitiis reliquos prestare uidetur:
Pauperiem patitur crebrius ille grauem.

Insontes etiam mentiri sepe coegit
Ipse dolor: magno cuncta dolore patent.

Quem decet esse malum: nil quisquam speret ab illo:
Nam sibi pro nihilo crimina cuncta putat.

Respue seuitiam atq3 illius respue matrem:
Si nimis horrenda labe carere uelis.

Magni animi est proprium offensas contēnere, & hosti
Parcere: nam magnum munera magna decent.

In me semper idem sentit cum pectore lingua:
Non possum, uel si dissimulare uelim.

Qui cupit extolli, nil exigat: omnia prestet:
Muneribus laudes dantur: & acta probant.

Non stimulat cunctos mortales una libido:
Naturam tentat quisq3 tenere suam:

Nil peccant oculi: ratio si temperat illos:
Mens immota manet: lumina sola uident.

Contenni incipias: si tu uis esse beatus:
Non aliter summi scanditur aula dei.

Quenq; cibum semper meliorem saccara reddunt:
Omnia grata magis dulcibus esse solent.

Si mala naturę nunquam doctrina medetur:
Nil iuuat in studiis se lacerare suis.

Iudicium fugiens facinus sine lite fatetur:
Cursugis & authorem, qui rubet: error habet.

Ipse sagittarium duco magis esse timendum:
Hic tantum, nobis non Capricornus obest.

Acta agis, ac perdes operamq; oleumq; profecto:
Nil agere infausto est uera medela uiro.

Cynthia ridentem partu te quinta recepit:
Maximus infausti criminis author eris.

mprobitas fęlix labes solet esse bonorum:
Tu tamen es rectis firma columna uiris.

Dic michi, quid demum refert, sis albus an ater?
Tempore pictorem nam color omnis habet.

Cum uelis & equis semper tua iussa capessam:
Spiritus hos artus dum reget ipse meos.

Prosperitas uel ferre potest uel strenua uirtus
Inuidiam: sed tu cur tolerare nequis? .d.



Quod ſemel eſt omni ſtatuendum tempore: multos
Annos quiſq; ſuum mente uolutet opus.

Iratum breuiter uites, ſed protinus hoſtem:
Hunc fera mens, illum prouehit ipſe furor.

Ne credas illi: qui admouit labra metretae:
Nam ſemel errantem ſaepius error habet.

Rebus in humanis rarum eſt ac nobile donum
Deſpiciens animus pectore magna ſuo.

Perficiam quamuis deſint mihi quattuor actus
Incepiſſe quidem non leue pondus habet.

Annue, quod peteres: nil poſce quod ipſe negares:
Nam petit iniuſte, qui dare neſcit idem

Argolicam hic artem tractando in pollice callet:
Tecum habita: tantum crede, quod ipſe uides.

Quam ſapiens danno potius dolet omnis auarus:
Idem etiam recte nil niſi morte facit.

Laurigeros citius referant quae bella triumphos
Hoſtibus ex magnis: non parat una dies.

Qui ſemel argolica plauſtrum bene perculit arte:
Poſt hac prudentis nomina ſemper habet.

Supplicium grauitas compensat maxima lentum:
Seraq; maiori foenere poena uenit.

Arrisit nunquam pleno mihi copia cornu:
Quin demum obscura fronte nouerca foret.

Munus amicitiae multis expletur in annis:
Non tibi sufficiant uerba: probare uelis.

Mensam solis habes: ne pugnes more gigantum:
Nam tibi non essent terra fretumq; satis.

Te doleo ingenti sectantem mattea sumptu:
Non facit ad lautam docta minerua gulam..

Omnibus esse qnidem moderata silentia debent:
Dedecet os mutum: dedecet osq; loquax.

Frigora ferre negans glacie mentitur: & aestu:
Qui nullam ardenti dicit habere sitim.

Surge age, ne placidae nimium te crede quieti:
Gloria nam molli non uenit ulla toro.

Non nobis solum nati sumus: esse sed alter
Dicimur alterius membra: quid ergo negas?

Nemo fidem perdit: nisi qui non possidet illam:
Fallere me presso pollice quisq; potest.

Omnibus in rebus bene ſcis ſimulare cupreſſum.
Talis apellęa pictor in arte ualet.

Morem mutat honos: ficus ne diuide ſemper:
Quod te iam decuit: dedecet illud idem.

Omnibus ac nulli ignoſcens crudelis habetur:
Nam mediam debent recta tenere uiam.

Vita ſibi eſt odio-qui mortem expectat amici:
Non ſocium-ſed opes diligit ille ſuas.

Sęuus in aduerſis obiurgat caſibus hoſtem:
Pręſidium at pietas comparat uſq; bonum.

Extorquetur amor nunquam-ſed labitur: hinc eſt
Blanditia dulcis non uenus imperio.

Aut uerum perdes: aut eſt perdendus amicus:
Fauſtus amicitia ſi tibi iunctus erit.

Non decet a laſſo fortem perquirere rixam:
Dic leo num laſſum dente uel ungue petit?

Turpia ne dicas: paulatim a ſedibus imis
Diſcutitur rerum per mala uerba pudor.

Optima conditio mortis-dum uiuere gratum eſt:
Peſſima-ſi fuerint fata uocata tibi.

Nunquam consuetos dediscit fęmina flętus:
Lumina cui nullo prona dolore madent.

Indicat ętatem: sequitur qui pectine crines:
Omnia non omni tempore facta decent.

Vt sit amans sapiens-raro conceditur ulli:
Dic mihi-sub cęco quis duce cautus erit?

Semina si perdis: lęto cur detrahis agro?
Annus non tellus fructificare solet.

Te propter possent uadimonia cuncta relinqui:
Iunonem at fraudas casta puella tuam.

Aut amat-aut odit-medium scit fęmina nullum:
Quę quoqꝫ si sola est cogitat usqꝫ malum.

Nauiget in portu quanuis tua cimba: deorsum
A caluo ad caluum sors fera quenqꝫ iacit.

Ah lamentari cogis non posse cadentem?
Bis perit arbitrio qui perit alterius.

Ibit in effectum sermo-si recta loquamur:
Sed turpi ex uerbo nil nisi turpe uenit.

Suscipienda domi talis non esset hirundo:
Non sapit assidua garrulitate melos.

Quod uis esse tibi tacitum, ne dixeris ulli:
Nanq; quod ipse nequis, nemo tacere potest.

Sumitur arbitrio mentis, non ponitur unquam
Verus amor: Verus sin minus esse nequit.

Expedit interdum quod scis obliuio tollat:
Ne ferat ingentem parua fauilla rogum.

Ex hominum quaestu in numero est fortuna dearum:
Hinc regere immensi dicitur orbis opes.

Vt pictura placet nullis formosa lituris:
Foemina sic nulla labe placere solet.

Dura tibi est ceruix: nec uis audire monenti:
Se male nolentes credere semper habent.

Cum gemitus audis, animo nil crede dolenti:
Pessima in alterius sunt fugienda malo.

Ex uitio alterius sapiens se corrigit omnis:
At uitam in proprio crimine stultus agit.

Cum turpi fama lucrum est iactura uocandum:
Nec sibi nec cuiquam quod bene uertat: habet.

Hora bona est nulli, quod cuiquam pessima non sit:
Quae dat opem: pariter praebet & illa necem.

Et deest & superat miseris quandoq; putandum:
Nam miser in propriis nescit habere modum.

Qui solet in scirpo semper conquirere nodum
Ingenium leuitas debet habere suum.

Spernere opes ingens est copia diuitiarum:
Si tu contennes omnia: diues eris.

Ex ligno ut fertur non fit Cyllenius omni:
Fallitur id suadet qui secus esse sibi.

Serius accusa lauda quoq; serius omnes:
Ex subito egreditur quod semel ore: manet.

In liquida ac sincera euadere turbida nunquam
Posse scias: ergo turbida cuncta time.

In faciem alterius proprium scelus obiicit omnis:
Nil nisi romanum martia turba sapit.

Non animę stimulum sed famam quisq; ueretur:
O utinam saltem candida fama foret.

Ne differ uitam: similes mors praeuenit anceps:
Nam tibi quaeq; potest esse suprema dies.

Impositam teneant hic disticha nostra coronim:
Dico tibi grates lector amice: uale.

EPITH. DEAE CORTON.

¶ Quisquis es, hic quęso, paulum consiste uiator:
Carminaq; hęc madidis perlege pauca genis.
Patria cui Coritus clariq; fuere parentes:
Hoc Dea sub duro marmore clausa cubo.
Aurum, forma, pudor, morerer quin flore iuuentę:
Flectere fatales non ualuere deas.
Sola urina mihi poterat succurrere: cuius
Clausit iter nimio menstruus orbe tumor.
At Dea si cecidi, & mortem euitare nequiui:
Mortalis fugiet quomodo turba necem?
Disce igitur nullis mundi confidere rebus:
Hęc ego te uolui nosse uiator: abi.

AD. F. APOLLONIVM MINIATENSEM

¶ Bacchus, Apollo, Venus, tria numina magna tuent
Vates: nec culto crine carere sinunt.
Nanq; hedera, ac lauro, myrtoq; uirentia cingunt
Tempora: pro numeris terna corona datur.
Te reor arboreo cum munere forte careres:
Madalio donis consuluisse nouis.
Bacchus uina, modos Phębus, Venus alma columbas,
Quae mihi misisti cuncta: referre solent.
Munera, quae sacris praebent tria numina musis:
Cum dederis solus: numina uincis homo.
Vina Columbarum pullos, carmenq; dedisti:
Tu triplex triplici munere numen habes.
Crede igitur semper dederis si talia nobis:
Tu Venus, ac Bacchus, tu mihi Phoebus eris.



MADALIVS SALMAE SALVTEM.


I SINE TE POSSEM Me Fato auferre cadentem:
Non foret haec madidis charta notata modis.
Sed quia, quae traheret mõtes: quę sisteret annes:
Forma tua est pectus nocte dieq; meum.
Ante mihi durae peragant q̃ fila sorores:
Te modo supplicibus cogor adire notis.
Mi tremit ipsa manus: cor ardet: lumina plorãt:
Dum recolo nomen carmine SALMA tuum.
Flauentes oro te fila per aurea, crines:
Quis mea furtiuus colla reuinxit amor.
Furacesq; nimis geminum per sydus ocellos:
Me mihi perpetuo qui rapuere semel.
Ardentes commixta rosis per lilia, malas:
Luce quibus patior pectore mille faces.
Dulce p os: quo mella fluunt: quo saccara manãt:
Terna quo in exitium stat charis usq; meum.
Per niueum quo poma legit saliencia, pectus:
Iisq; petit certa me Cytherea manu.
Te demum, quae tota trahis, mordesq;, necasq;
Imos a summo uertice adusq; pedes.
Te inquam perte unam supplex ac sedulus oro:
Obsecro: & obtestor: mitis ut ista legas.
Vt procul ira, odium, furor, indignatio, fastus,
Absit & a uultu q iod nocet omne tuo.



Hinc humilē ut uita dones, si est dignus, amātē:
Quem tibi plus multo q̄ sibi, semper habes.
Nulla manū, & lachrymis mersā pr̨esūptio mētē
Mouit: at immensus traxit utranq; dolor.
Et si tento nimis uestros temerarius ignes:
In causa est etiam forma superba nimis.
Cuncta mihi fugiet subitis audacia pennis:
Sit modo rara tibi forma benigna minus.
Tu potes hircanas uultu mansuescere tigres:
Tu potes irato frangere tela ioui.
Tu potes, ut carpam uitales protinus auras:
Atq; meos claudant ultima fata dies.
Sed suprema breui si forma resoluitur omnis:
Ac pereunt dotis florida dona suae.
Vt nix sole fluit: uel caera liquescit ad ignem:
Vel flos mane rubens uespere languet inops.
Dum iuuat, atq; uiret, fugientem carpe iuuentā:
Nec tantum frustra munus abire sine.
Mox dolor afficiet duplex te lancibus aequis:
Cum ueniet rapido curua senecta gradu.
Cana dolebis. n. uirides q̄d leseris annos:
Sed tibi nil serus proderit ille dolor.
Cana iocis aptum tempus non posse reuerti
Moerebis: serus sed tibi moeror erit
Ergo breues, uiden ut fugiunt? da lusibus horas:
Nil iuuat amisso poenituisse bono.
Qui sapit, ille legit proprio sub tempore fructus:
Et teneras carpit, dum sinit hora: rosas.

Sed folia, & dumos alieno intempore tantum
Inuenit: ac frusta flet sua danna piger.
Tu ne lenta uelis fructu fugiente morari:
Iam lege sollicita mitia poma manu.
Tu ne lenta feras roseum cessare decorem:
Sit tuus hic nitido lectus ab ungue decor.
Vnguis amãtis adest: decor ũgue legatur amãtis:
En fugit, en nulla labitur ille uice.
Vt montem prono fugit annis in ęquora cursu:
Inq; suum retro non redit unda caput.
Vt q̄cita pręcipiti labuntur tempora motu:
Nec repetit missos hora peracta gradus.
Ah quid lenta manes? uernantem cerne iuuentã:
Florida q̄ propiis gaudeat ire bonis.
Ast ignara suę, te sic suadente, ruinę
Incassum tempus desidiosa terit.
Si bene prospicias per tempora quattor anni:
Sola tibi flores uerna napęa dabit.
Cętera producent paleasq;, imbresq;, niuesq;:
Frigore, febre, ęstu tempora terna tument.
Carpi igitur tenerę florem sine prouida formę:
Non tibi perpetui tempora ueris erunt.
Et, mihi crede, tuo, speculum si consulis, illud
Non hodie quod heri pręstat in ore decus.
Eia age quid spectas? tibi consule, consule amãti:
Quem nimis ardenti conficit igne uenus.
Vror, & in flammis cupio deducere uitam:
Cor modo comburat mutua flamma tuum.

Vreris, an calidum frigens contennis amorem?
Frigida es ipsa magis: quo magis igne cremor.
Hęc tua me glacies, meus hic te temperet ignis:
Igne pari, glacie simus uterq; pari.
Solus at uror amans: gelida tu mente rigescis:
Meq; sinis nimio sęua calore mori.
Sęuitiae ne quaeso uelis incurrere nomen:
Non facit ad mores forma benigna feros.
O quae mansura est seruo te fama perempto?
O tibi de nostra gloria quanta nece?
Ardentes suspende faces: suspiria seda
Torrida: tam largo lumina rore uacent.
Sustine ab igniuomo fugientem corpore uitam:
Hei mea, quae tua plus, q̃ mea: uita fugit.
Me rogo, fac adeo foelicem, adeoq; beatum:
Ipse tuos supplex procidam ut ante pedes.
Et mala, quae patior, propria dem uoce: papyro
Nam sua credentem saepius error habet.
Ante, tibi obscuram uellem q̃; cernere famam:
Iniicerem proprias in mea fata manus.
Quamuis cũ sapias prudens: ac prouida praestes:
Nil te sollicitì debet inire metus.
Expertum inuenies me, secretiq; tenacem:
Inclusumq; solo quicquid agemus: erit.
At si forte, tuo ne torrear igne, uereris:
Ne mea sit stabili pectore firma fides.
Indice me crucia: de me fac omne periclum
Hinc meritis dentur praemia digna meis.

Curam pone: noua nequeo te linquere flamma:
Nec quoque si possem deseruisse, uelim.
Non est in toto te pulchrior orbe puella:
Que nunc iure tuum possit inire locum.
Si se lapsa tibi, si postera conferat etas:
Par erit haud forme forma reperta tue.
Pone metus: postquam me feceris ipsa beatum:
Atq; tua tecum pace potitus ero:
Non ego te linquam: uerum per tela, per ignes,
Te magis atq; magis tempus in omne sequar.
Fraude dolisq; caret semper cor nobile: tecum
Dulce mihi fuerit uiuere, dulce mori.
Sed qd plura loquar? quid te morer ãplius iqua3?
Certa tibi innumero iudice cuncta patent.
Non tu etenim tantũ: iampridem flamina, sylue,
Nubila, fulmen, aues, saxa, fluenta, faces,
Deniq; cuncta mei fecere pericula amoris:
Cor, oculos, animum, cuncta pedesq; probãt.
Te coram quoties mihi nunc rubor hesit? eidem
Nunc stetit in toto pallidus ore cinis?
Nunc arsi glacie? tremui nunc igne? reliquit
Nunc uox in media fauce retenta, sonum?
Nunc ceu nix liqui, tibi sperans omnibus horis
Et uerbis, & re displicuisse minus?
Cum mihi sydereos prebes, uel tollis ocellos:
Tunc uitam prebes, tollis & ipsa mihi.
Tu tibi sis testis: te sola teste probatur
Res mea: sola tenes omnia: sola probes.

Atq; ubi me teneris cęlum tibi uouit ab annis:
Cerne meas miti lumine quęso preces
Non sunt tela, preces: nō sunt mea uerba sagittę:
Ense preces, gladio uerba carere uides.
Attamen o utinam ferro penetrabilis esses:
Nam mihi pro ferro uerba, precesq; forent.
Dura tibi durum calybem mens reddit: & ipsum
Duritiem duri cor adamantis habet.
Sed natura dari uoluit sua robora cunctis:
Vincitur hinc adamas sanguine, & igne calybs.
Sanguine, & igne meo cor, & mollescere mentem
Incipe: cor, oculos sanguis, & ignis habent.
Ne te decipiat uitrei color ipse cruoris:
Cocta tibi indicium rubra falerna dabunt.
Excoquitur ruber ardenti sub pectore sanguis:
Lumina quem uerso nostra colore ferunt.
Non aqua, ab irriguis cruor ipse sed exit ocellis:
Totus & a toto corpore sanguis abit.
Hinc illa est macies: hinc ille est pallor amantis:
Torrida me macies, pallor & asper habent.
Mollefit illud adhuc cor: fit mens mollis & illa:
Molle illud minus est: mollis & illa minus.
Immo metallifera mens est tibi durior ilba:
Duritie superat cor adamanta tuum.
Non ualet igne tibi mens, cor nō sanguine uinci:
Et mihi cor, oculi sanguine, & igne carent.
Crebra meas prorsus cōsumpsit flāma medullas:
Materiaeq; ignis deficientis eget.

In lachrymas iam totus abi, iam totus in ignem:
Mi nec adhuc modicae spes opis ulla datur.
O tandem miserere mei: miserere precantis:
Te tua iam reddant spicula sęua piam.
Deuotum assiduo si uulnere perdis amantem:
Quid sibi nunc timeant corda inimica tibi?
Amplius hamatis ne me pete quęso sagittis:
Mille infixa meo pectore tela manent.
Cedo tuis uictus nequeoq́ resistere ocellis:
Atq́ diu proprio lumine cassus ago.
Non secus ac oculos phębum qui intēdit in ipsū:
At tua sunt phębo lumina clara magis.
Diutius hinc ego cęcus ago: sed lingua uagatur:
Nec duce sub caeco cauta manere potest.
In te commisit siquid nunc illa: furenti
Da ueniam linguae: non amat illa: furit.
Parce precor: succurre mihi: fac te alloquar unā:
Simq́ mei foelix funeris ante diem.
Ni mereor, per te & siquid tibi gratius usquā est:
Rescriptum imploro, uel breue, redde mihi.
Sin minus in tenues plorans ac languidus auras,
Extremoq́ sedens spiritus ore, fluet.
Sed iam laurigera claudatur epistola gemma:
Dicta fide, lachrymis scripta, notata prece.
Quam si sorte mala rigido despexeris ore:
Leua tenet gladium: quo mihi praestet opem.
Fatiferum subito lachrymis miscebo cruorem:
Sic causa iniustae tu mihi mortis eris.

DE SALMA

Qui Venerem intuitu, risu qui quęrit Amorē,
Qui charites uerbis noscere: doctus erit.
Cernat acidalię radiantia lumina SALMAE:
Ora cupidineo culta decore notet.
Seruet & alloquium uernantibus ordine uerbis:
Deniq; de SALMA cogitet ille mea.
Si spectat, Venerem reddit: si ridet, Amorem:
Si loquitur, ternas dixeris esse deas.

DE DVRITIE SALMAE

Et si guttatim molli superentur ab unda
Dura e tęnareis eruta saxa iugis.
Et durum ardenti ferrum uincatur ab igne:
Dum faber ęthnęus pręparat arma ioui.
Durus & eois adamas translatus aboris
In partes hirci sanguine uictus eat.
Non lachrymis, nō igne tamen, nō sanguine uinci
Durior hęc saxis, ferro, adamante potest.

Ad. D. Antonium Canisianum Equitẽ Hierosolymitanũ Io. Batpistae Madalii poetę Cortonẽsis Silua cui titulus est Cyparissus.



Olior intactos Cyparissi pandere sensus:
Fer modo ꝓpitiũ, quo te sup astra reponã:
Dũ tenues ualido firmentur robere uires:
Canisiane pedem: & praesentibus annue cęptis.
Quattuor omnipotens cunctarum semina rerum
Mortales elementa uocant: cum conderet orbem
Constituit, nullo interse contraria fine.
Stringitur unda gelu: calor ęstuat ęthere toto:
Humorem exudat cęlum: riget arida tellus.
Summa petit leuitate sua purissimus ęther.
Defluit: & fundo residet grauis humor in imo.
Hũc illuc facilis, rarusq; impellitur aer.
Immoto stat fixa globo densissima tellus.
Hęc tamen in rebus discrimina tanta ferendis
Composuit natura parens: & corpus in unum
Dissociata ligans, concordi fędere iunxit.
Hinc uolucrum, pecudumq; genus, uitęq; ferarum:
Et quae marmoreo latitant uaga monstra profundo.
His etiam humanum mira compage creator
Seminibus struxit corpus, lapsamq; supremis
Sedibus, & partem diuinę lucis habentem,
Contulit huc animam: membris q; & carcere septam
Exilium in miserum, & miserę discrimina uitę
Immisit: spatium q; dedit, tempusq; manendi.
Quo tanti memores ortus, memoresq; parentis
Virtutem amplecti, cęlumq; requirere Vellent.
Illę autem in putres artus, moribundaq; membra
Ingressę studiis: ut fert sua cuiq; libido:
Incumbunt: aliis alię: pars maxima segnes
Luxuria peragunt altisq; soporibus annos.
Inde ubi quęq; sui mętas peruenit ad ęui:

Soluuntur compacta animis elementa relictis:
Inq; suas abeunt disperso corpore sedes:
Inq; aliud rursus coeunt: rursusq; recedunt.
Has mutat natura uices: hoc munere gaudet:
Vt modo quae uiuant, pariat: modo uiuere soluat.
Perpetuum nihil est: nil tam discordibus ortum
Seminibus longo non tandem absumitur euo.
Intereunt producta semel: semel aucta senescunt.
Sic placitum superis: haec lex aeterna tonantis.
Hanc atrem appellat rerum turba inscia mortem:
Naturae officum: qui res nouere latentes.
Est solis mors dira malis: quis conscia sudant
Pectora criminibus: scelerum quos digna suorum
Supplicia, & meritae trudunt sub tartara penae.
Ast iis, qui nullo macularunt crimine uitam:
Quis nunquam alserunt tacita praecordia culpa:
Non mors est: sed uita grauis: cum mente uolutent
Tot mala, tot clades, tam multa pericula rerum:
Coganturq; inter tam multas uiuere fraudes:
Inter tot scelerumq; globos, coetusq; malorum.
Quin ipsam oderunt: si fas est dicere: uitam.
Si modo nō mors haec potius quam uita uocanda est.
Ergo ubi certa dies, & ineluctabile tempus
Venit: & impēdet nulli reuocabile fatum:
Concedunt naturae omnes: uitaq; soluti
Terrenosq; artus, & corpora tarda relinquunt.
Continuo sontes sub tartara nigra trahuntur:
Infernisq; animae grauiter cruciantur in umbris:
Et nullum exercent habitura piacula finem.
Inuitaeq; ideo membris, & corpore cedunt.
At pater omnipotens paucos uirtutis amantes,
Cultoresq; sui celso donauit olympo:
Et secum aetherea considere iussit in arce:
Et diuum ascripsit numero: uitamq; beatam
Concessit: se seq; illis dedit usq; fruendum.

Sed quia polluto tam multis pestibus orbe,
Cunctorum in medio scelerum, medioq; malorum
Contigerat uersari illos: mortalia porro
Corpora non poterant inter tot crimina, tantam
Colluniem, non se se aliqua maculare ueneni
Contagione: aliquamq; animis immitere labem:
Terrarum in medio: nam sermo hinc fluxerat ois:
Pluribus ingentem tedis, piceisq; refertam,
Coniferisq; simul nigranti fronde cupressis
Condidit ipse deus siluam: sacrisq; dicauit
Manibus: & multo uenerandam fecit honere.
Quam uita egressi uates, animaeq; piorum
Protimus incolerent: atq; haec secreta tenerent:
Donec siqua animis polluto in corpore labes
Haeserat, efflueret: terrae ut compage solutus
Spiritus aethereas purus ferretur in auras.
Corporeis igitur uinclis, & carcere coeco
Turba beatorum, placido loetissima uultu,
Certa poli, & rectae imprimis sibi conscia uitae
Huc elapsa uenit: Lucisq; moratur opacis.
Hic quicquid foeda immundae contagia carnis
Nexibus implicitas membrorum & pondere pressas
Infecere animas: quicquid de corpore tardo
Restat adhuc: quicquid residet, mortalis in illis
Eluitur, terrae torpor deponitur omnis.
Vt quondam hibernis serpens confecta pruinis,
Vere nouo exuuias ueteres, turpemq; senectam
Deponit: uiridiq; nitet renouata iuuenta:
Sibilat: ora micant trifidis uibrantia linguis.
Aut cum gemma nitens tellure inuenta sub ima,
Sordibus immundis squallens, & puluere multo,
Artifices est nacta manus: sensimq; polita
Iam micat: & multo radians fulgore cruscat.
Sic sensim exuuiis positis, & mole relicta
Corporis, aetherae fulgent, propriumq; uigorem

Accipiunt animae : seqꝫ omni labe resoluunt.
Relliquias terrae nigrum atqꝫ informe cadauer
Consueuit pietas flamma purgante cremare.
Collectum hinc cinerem placido mandare sepulchro.
Sed quia corporibus iocundam extinguere lucem
Creditur : & nigras obducere parca tenebras :
Sedula nigrantes piceas, atramqꝫ cupressum
Relligio, pinguesqꝫ rogis imponere tedas
Repperit : ut nigram nigra notet arbore mortem.
Adde quod icta semel, ualidaqꝫ excisa bipenni
Tota perit : ramosqꝫ omnes, frondesqꝫ cupressus
Exuit : & nunquam funesta repullulat arbos.
Sic quoqꝫ, qui uita semel excessere negata :
Vitales precibus nullis reuocantur in aulas.
Cuilibet inuisam facile est abrumpere uitam.
Mille uiis mors prona venit : praestoqꝫ uocata est.
Sed superare necem, positumqꝫ resumere corpus,
Et rursum aethereas uiuentem euadere ad auras,
Fata deusqꝫ vetāt : cuiquam hoc sperar̄ nefandū est.
Vix pauci potuere olim : quos rector olympi,
Vt genus humanum fieri quod posse negabat :
Cerneret : atqꝫ unū rerum mundiqꝫ parentem
Crederet : eximis reuocauit ad aethera bustis.
Vt semel adnauit ripam irremeabilis undae
Coetera turba : pedem stygio non rettulit orcho.
Indicat haec : quae cesa semel fruticare cupressus
Nescit : & imbellem non sustinet arida truncū.
Praebuit offenso causam Siluanus amore.
Res vetus est, sed fama recens : nos sūma sequemur.
QVi nūc funerea est nigranti fronde cupressus :
Tū Cyparissus erat, forma atqꝫ aetate decenti
Conspicuus, soboles tua nec te indigna parente
Telephe : & herculeos inter numeranda nepotes.
Is nemora, & saltus, & inhospita lustra ferarū,
Venandi studio & puerilibus excitus annis

Saepe frequentabat: ſolus deſerta peragrans/
Spumantemqꝫ agitans aprum / ceruumqꝫ fugacem.
Vt procul hũc uidit / miro Siluanus amore
Incaluit / ſequitur / dictiſqꝫ affatur amicis.
Et genus / & patriam quaerit / nomenqꝫ parentũ
Tum comitem ſtudiis ſe ſe iuuenilibus offert.
Quid poſſit / docet / in ſiluis: ſua numina pandit.
Ille dei tantũ non aſpernatus honorem
Gaudebat ſocio percurrere numine ſiluas.
Venatũqꝫ ibant pariter: pariterqꝫ redibant.
Forte in deliciis praeſtanti corpore ceruam/
Subductam tenero clam matris ab ubere partu
Suſtulerat: primiſqꝫ puer ſeruarat ab annis
Aſſuetam lateri / ac menſae: quis credat: herili /
Grataqꝫ de domini ſumentem pabula dextra.
Ille legens ſuaues per prata uirentia flores/
Texebat uariis extantia cornua ſertis.
Quo ſe cũqꝫ puer noctesqꝫ dieſqꝫ tuliſſet:
Protinus haerebat lateri fidiſſima cuſtos.
Infoelix utinam non tectũ egreſſa fuiſſet:
Atqꝫ reuertentem media expectaſſet in aula.
Nanqꝫ inter uepres ſolam / dumoſqꝫ iacentem/
Et dominũ / audierat quem non procul eſſe / morantẽ
Vt procul aſpexit media Siluanus in ũbra:
Traiicit incautam uolucri per pectora telo.
Proſilit illa ferens crudelem in corde ſagittam:
Perqꝫ nemus dominũ moeſto clamore requirit.
Vt vero inuenit: neqꝫ enim procul ille manebat:
Ad caros ſine uoce pedes moribũda recũbit.
Ille ubi loetali confoſſam uulnere ceruam/
Et dulcis ſibi rapta uidet ſolatia uitae:
Corruit: & ſubitis clamoribus aethera complet.
Dat fletus: laniatqꝫ genas: laniatqꝫ capillos:
Semianimemqꝫ feram ãplexus / ſimul ibimus ambo:
Ambo ſimul moriemur / ait: nec plura locutus

Soluitur in lachrymas amissa uoce perennes.
At deus vt facinusq; suum, dextramq; nocentem,
Delicias puero raptas, ipsumq; sulutum
In lachrymas, nimiosq; animam exhalare dolores
Sensit: adest puero: passisq; amplectitur vlnis.
Ter q; illum conatus humo releuare iacentem,
Ter frusta cyparisse uocat: iam corpus, & omnes
Diriguere artus: iam spiritus ossa reliquit.
Tum uero gemitu, & permixta concitus ira
Vertitur in furias: pharetramq; arcumq; refringit.
Tunc odit studiumq; suum, siluasq;, ferasq;,
Auctorem q; necis puero, causamq; fuisse
Se dolet: heu quid agat? num te cyparisse sequatur?
Non licet: anne pati lucem te possit adempto?
Tunc piget esse deum: seq;, & sua numina dannat.
Posse mori uellet, miseramq; abrumpere uitam:
Fata obstant: mortisq; deo sublata potestas.
Quod supest: puero incubuit: lachrymásq; fremésq;
Ergo: ait: ipse fui tanti tibi causa doloris:
Ipse necis tibi causa fui: tibi fata paraui.
Hoc precium Cyparisse mei est, hoc pignus amoris?
Haec dederam promissa tibi, haec mea dona reportas
Me miserum, indigno potui te perdere laeto?
Fundere sic nostro decuit te crimine uitam?
Cur tibi non socia saltem nunc morte perempto?
Cur ego nunc uiuo? cur mortis adempta potestas?
Foelices quisquam aeterno quod uiuimus aeuo
Nos putat: o foelix, o terq; quaterq; beatus:
Cui licet, e misera cum uult excedere uita.
Nos miseros sine fine putem: qui morte carere
Cogimur: hisq; malis nullam sperare quietē.
O utinam aeternas leges, & fixa tonantis
Rumpere fata mihi & uitam mutare liceret:
Non isses cyparisse unquā sub tartara solus.
Tu quo crudelis nimium: nimiumq; peremptae

Victus amore ferae: non te hoc cyparisse decebat:
Sic nec amanda tibi: nec sic fuit illa sequenda:
Illaq; si posset non sic uoluisset amari.
Sed quando nequeunt ereptam reddere uitam
Numina nostra tibi: manesq; uenire sub imos
Me tibi nunc comitẽ crudelia fata recusant:
Qua certe retinere licet, te parte tenebo.
Extingui q; tuum haud patiar cũ corpore nomẽ.
Non totus moriere tamẽ: non totus abibis.
Arboreũ dabimus uero pro corpore corpus
Crescentẽq; animã uitae solamẽ ademptae.
Quaq; tibi fatis concessum est uiuere: uiues.
Extremũ hoc miseri tibi munus amantis habeto.
Vix ea fatus erat: stabili cũ ponderẽ plantae
Tellurĩ infixae tenues emitterẽ fibras
Cepẽ: & ualidis radicẽ effundere neruis
Protinus in magnũ firmato caudice truncũ
Consurgunt: se seq; uno coeuntia tollunt
Crura globo: e reliquo uastũ fit corpore corpus.
In magnos abeunt pẽdẽtia brachia ramos:
In paruos digiti: remanet iunctura p artus:
De cute fit cortex: fluido de sanguine succus:
Durescunt ossa in lingnum: coma flaua p omnes
In frondẽ mutata nigrã diffunditur artus.
Quae lucẽ eripuit: dedit hunc mors atra colorẽ.
Tollitur infixis ingẽs radicibus arbos.
Nomẽ adhuc pueri, & lachrymae mansẽ perennes
Hinc meruit decorarẽ rogos, decorarẽ sepulchra:
Hinc duro nescit ferro semel icta renasci.
In nemus hoc igitur cũ se se a morte recẽti
Conferat: hoc quicquid terrae de labe remansit:
Expiet: ac patrium pia turba reuisat olympum.
Nigrãtes piceas, & pulla fronde cupssum,
Facturaeq; rogos praepinguia robora tedae.
Ipse pater rerum siluae circundedit altae:

Vt pia funereas cum turba perambulat umbras:
Ipsius ante oculos loeti pallentis imago,
Poenarumq; horror, quas tartara nigra minantur:
Versetur: uitamq; animo reputantibus actam
Crescat amor, coeli stimuletq; cupido uidendi.
Polluta cupiant quamprimum abscedere terra.
Nec tamen interea est siluae mora segnis opacae:
Sed quod cuiq; fuit, dum corpore uita maneret:
Prosequitur studium functos, ac lumine cassos.
Hic naturam onmem, summiq; arcana tonantis,
Aeternos q; agitat mundi astrorumq; meatus.
Ille fidem, & sanctos mores, uitaeq; decorum,
Virtutes q; omnes docto sub pectore uersat.
Historias alii gestarum exordine rerum,
Virtutis q; decus uitaeq; exemplar honestae
Condiderant: placet illud opus: manet illa uoluptas.
Nunc quoq; magnorum cartis monumenta uirorum
Intexunt: pacesq; omnes, & bella reponunt.
Castalios alii latices, & flumina phoebi
Potare, & duplicem parnasum ascendere sueti,
Nunc quoq; castalios sitiunt, potantq, liquores:
Nunc quoq; se musis dedunt: & carmina cantant.
Deniq; quisq; suum uitae non inmemor actae
Exercet studium: & silua spatiatur amoena.
Inde ubi longa dies, &: quod domat omnia: tempus
Concretam exemit labem: nitidusq; remansit
Spiritus: & summo qualis fuit aethere missus:
In sedes redit ille suas: aeternaq; magni
Tecta patris repetens, celso dominatur olympo.

Tanais Nerlius.

Qui sacra Madalii legisti carmina uatis:
Censuram dicas an Vereatur opus?

Antonius Nerlius.

Interiora placent doctae mihi uiscera Siluae:
Carminaq; & sapiunt, & beneculta iuuant.

Io. Baptistae Madalii Poetę Cortonensis
Ad Tanaim Nerlium Petri Tanais
Filium Silua cui Titulus est

LAVRVS


Armine daphneā uiridāti uertice Laurū
Phoebei capitis, sacriq; eliconis honorem
Aggredior: cur sola dei radiantia cingat
Tēpora: cur uates decoret: decoretq; triū
phos.
Tu modo nil sapiens pueri puer unice, proles
Nerlia, prę senti specimen uirtutis in euo:
Cui sacra pegasides admorunt ubera musę:
Cum quo etiam europae atq; asię non arbiter equus
Innumeras adiens glaciali gurgite gentes
Flumen, in euxinis tandem quod desinit undis:
Nobile regali retinet de nomine nomen:
Pierię mecum conscende cacumina siluę:
Qua mox dignus eris. iam iam tibi laurea pendent
Serta comis: doctusq; chelim quatit unguis eburnam.
Principio quicquid tellus uberrima gignit:
Quicquid habēt homines: qcquid uidet ūdiq; phębꝰ:
Includuntq; caui conuexa nitentia mundi:
Quin cęlum, terrasq; omnes, pontumq; tumentem,
Omnia magnorum tu deniq; dona deorum
Esse putes: nobis ipsi nam cuncta pararunt.
Condidit immensum diuum pater unicus orbem:
Atq; homines ima terrarum in sede locatos
Cęlicolis summo studio mandauit alendos.
Tum proni certatim omnes in dona, tulerunt
Cūctarum miseris rerum mortalibus usum.
Ille merum, hic fruges, olei dedit illa liquorem:
Arboreos alii fętus, herbas ue salubres.
Sic exculta deum mortalis munere uita est.
His superum meritis nequaquam ingrata uetustas
Et sacra, & uarios illis decreuit honores.
Cuiq; suas statuit grata de fronde coronas.

Eſculus imprimis magno eſt addicta tonanti.
Feralis ſtygio fratri ſacrata cupreſſus.
Populus herculeam meruit circundare frontem.
Pallentes hederas baccho, uitemq; repertam:
Palladi paciferos ſacrauit graecia ramos.
At ſua conſpicuum decorauit laurea phębum.
Cur haec contigerit cęleſtum cuiq; corona:
Nec uerbis aequare meum, nec ſingula fando
Complecti facile eſt. ratio non omnibus una eſt:
Sunt aliis aliae. phoebo, quem quaerimus unum:
Solus amor tribuit daphneae frondis honorem.
Longa quidem res eſt: longiſq; ambagibus anceps.
Sed ſequar a certis rerum faſtigia cauſis.
PHOEBVS ad emonios caeſo phytone ſuperbus,
Pacatis rediens terris, peruenerat agros:
Qua reſonant uario peneia murmure tempe:
Quaq; fluit nulla uiolabilis annis ab unda,
Piniferi ſummo decurrens uertice pindi.
Cumq; hic aligerum forte aſpexiſſet amorem:
Exultantem armis, pharetramq; arcumq; gerentem:
Cur geris arma puer mollis tam fortia? dixit:
Tale meos ſpectat potius geſtamen ad armos.
Mollia tu mixtus placidis duc ocia nimphis.
Imbelles agita luſus, facileſq; choreas.
His puer idalius magnas conuerſus in iras,
Deſpicies, ait, ergo meas ſic phoebe ſagittas?
Haud impune feres: cur nos haec arma geramus.
Et uaga quid poſſint puerilis tela pharetrae:
Experiare uolo. qui dulcia prodere matris
Furta auſus quondam: duplici pro crimine poenas
Nunc dabis. haec memorans adductũ contrahit arcũ.
Et pharetra geminas contraria tela ſagittas
Corripit: illa nouos affert: haec pellit amores.
Haec grauis obtuſa geſtat ſub cuſpide plumbum.
Et leuis, & fulgens auratum habet illa mucronem.

Traiicit aurato phoebi puer intima telo:
Obduratqꝫ graui daphnes praecordia plumbo.
Illa per & siluas: & concaua lustra ferarum:
Spumantes sectari apros: ceruosqꝫ fugaces:
Venatrix perferre niues: perferre pruinas
Consuerat: gelidasqꝫ pati sub sydere noctes.
Casta tamen: nullisqꝫ unquam deflexa maritis:
Virgineosqꝫ habitus incinctae imitata dianae.
At deus ut silua procul hanc conspexit in alta:
Aestus erat: molli recubantem forte sub umbra:
Obstupuit: flauasqꝫ comas: geminoqꝫ nitentem
Sydere uirgineam faciem: niueasqꝫ papillas:
Marmoreasqꝫ manus: & eburno membra decore
Collustrans oculis: aut nulla est: inquit: amore
Aut tantum tu digna meo: ni forte recuses.
Tu meus ignis eris: tu nostro iuncta cubili.
His simul exarsit dictis: perqꝫ ima cucurrit
Ossa calor: toto bacchatur pectore flamma:
Haud aliter: quam cum immissus fornacibus ignis
Aestuat: & ualidas subiecto fomite uires
Accipit: incensum bacchatur flamma per antrum
Clausa loco: at plenis supera ad conuexa caminis
Euomit undantem nigra caligine fumum.
Nec mora: nec requies: miserum quo sedet amorem.
Cogitat auxilio flecti nunc posse precando.
Desperat: quam nulla uenus: nulliqꝫ himenaei:
Non precibus pater ipse piis: non anxia mater
Flexisset summis agitantem in montibus aeuum:
Sectantem intactae uestigia casta dianae.
Nunc placet ipse sibi: repetit sua numina secum:
Se uatem: medicumqꝫ uocat: spolioqꝫ recenti:
Quod modo de caeso tulerat phytone: superbit.
Cessuramqꝫ deo: quae diuum sanguine nata
Sit: putat humani spernentem foedera lecti.
Versat in ancipiti dubiam formidine mentem

Spesq; timorq; simul : stimulis amor urget acerbis.
Tandem haec ambiguum soluit sententia pectus.
Vt precibus mollem tentet deflectere nimpham.
Contennat sin illa preces : ac dura resistat:
Vim paret : intactum misero nil linquat amori.
Ergo adit : & supplex recubantem his uocibus orat.
QVID sola horrentes siluas, saltusq; peragras
Nimpharum decus ? aut quae sunt tibi gaudia uitae
In siluis ? tua forma perit : tua praeterit aetas.
Nec saeuas agitare feras, percurrere saltus
Est adeo soli tutum . discrimina mille
Impendent : uis multa hominum : uis multa ferarũ.
Inachis est testis : testis rodopeia coniunx:
Fleta diu miserae testis Proserpina matri.
Nonne igitur praestat sociam traducere uitam:
Cum diis esse deam : ueneris dulcissima nosse
Gaudia : & intactae decerpere praemia formae?
Ipsa Venus tibi me socium nunc obtulit ultro
Haud humili de plebe deum. Sum clara tonantis
Progenies : Latona parens : soror aurea Phoebe.
Ipse meo terras, coelumq; & sydera lustro
Lumine : quicquid agunt homines, & numina diuũ:
Et uideo, & noui solus : quin fata uirorum
Haud ulli patefacta deum : mihi cognita soli.
Quid medicas referam uires ? quid carminis usum?
Atq; arcũ hunc magnum, quo nunc phytona peremi?
Deniq; mille artes, nobis sunt numina mille.
Coniugio insignis nostro, foelixq; futura es.
Da modo te nobis, phoebo dignare marito.
Illa ut coniugii nomẽ, nomenq; mariti
Audiit : in medio dicentẽ, & plura parantem
Deseruit sermone deum : atq; exterrita fugit.
Incaluit deceptus amans : nec pertulit ultra.
Vim parat : insequitur fugientẽ : illa ocior euro,
Ocior impulsa neruo crepitante saggitta,

Per siluas / saltusq; fugit / perq; auia pindi.
Nec deus est segnis: rapido per inhospita cursu
Fertur: & ęquato repetit uestigia gressu.
Quaq; leues tulerat uirgo peneia plantas:
Hac infert deus ipse gradum. iamq; acrius urget:
Iamq; ferit calcem fugientis calce puellę:
Iam praehensat: iam iamq; tenet: sed decipit illa
Praehensantem: & pedibus cupido se subtrahit hosti.
Vt cum praerapidos lepores / ceruumq; fugacem
Spartiata insequitur uelox / auidusq; molossus.
Ille acri nunc plana fuga / nunc ardua carpit:
At premit: & rapido cursu canis improbus urget:
Imminet: atq; inhians tergo fugientis anhelat.
Et iam captanti similis / similisq; tenenti
Concrepuit malis: saltu fera dentibus acri
Subripuit se se: & morsus euasit acutos.
Haud alio trepidam phoebus peneida cursu
Insequitur: uariant curas & uota uicissim.
Nunc illam cepisse deus putat: angitur ipsa.
Nunc desperat amans: putat euasisse puella.
Alternant animos spes hinc / timor inde duorum.
Iamq; aduentabat daphne genitoris ad undas:
Vrgebatq; deus: iam copia nulla manendi:
Copia nulla fugae: deus inde / hinc clauserat amnis.
Cum subito optatum moesto clamore parentē
Exanimata uocat. Pater o pater accipe natam:
Vim patior succurre mihi: tua pignora serua.
Si modo caeruleis sum te generata sub undis:
Si qua tenet nostri genitor te cura pudoris:
En rapior: me tolle / tuas me tolle sub undas.
Me uel in alterius formam conuerte figurae.
Haec memorans patrias mergi properabat in undas.
Cum subito tentanti aditus / gressumq; mouenti
Diriguere pedes: radix innascitur illis
Fixa solo: geminis caudex fit cruribus unus.

Fit sensim e reliquo procerus corpore truncus.
Iam digiti in paruos / in magnos candida ramos
Brachia uertuntur: durus tegit omnia cortex.
Iamq; ad dimidiam fuerat conuersa figuram:
Cum ueniens praerepta uidet sibi gaudia phębus.
Ingemit: & niueis / non dum mutauerat illas:
Oscula ferre genis conatur: at illa negato
Quo poterat cursu tenerum seruasse pudorem:
Qua licet ingenti se se clamore tuetur.
Sed uox deseruit clamantem: lingua palato
Haesit: & incursu uerba imperfecta reliquit.
Diriguere genae: in frondem coma flaua uirescit:
Nomen adhuc retinet: rigidū sunt coetera lignum.
Fert cupidus rigido phoebus tamen oscula ligno.
Et truncum amplexus medium proh dixit amorem
Haec uia sola fuit: posses qua perdere nostrum.
Quid queror? ipse ego sum tantorum causa malorū.
Quid uolui demens? mea uis / meus abstulit ardor
Te mihi: seruassem tacitus mollissima fandi
Tempora: te uitam in siluis agitare tulissem:
Esse comes certe poteram: te saepe uidere:
Affari: & miserū fando lenire dolorem.
Sin aderat spes nulla tui: uisq; ipsa placebat:
Parcius insequerer: fugisses parcius ipsa.
Sed quis te aetati / formae / uitaeq; putasset
Venandi studium / & comitem praeferre dianam?
Nunc quando te fata frui mihi posse negarunt
Coniuge: qua potero te perfruar arbore certe.
Incedamq; tuis redimitus tempora ramis.
Teq; meis sacram lucis / templisq; locabo.
Ornabis nostras festis tu frondibus aras.
Lustrales sparges primo tu limine fontes.
Fas nostros aditus / fas numina nostra uidere.
Fas audire tibi superum me fata canentem.
Te Delos / te celsa Claros / te Cyrra uirebit.

Sola coronabis certantes carmine musas:
Sola etiam cinges nostrorum tempora uatum.
Conspicuos referes ducibus tu sola triumphos.
Deniq; erit tibi summus honos terraq; poloq;.
Amittes nullo uiridantes tempore frondes.
Quinetiam summos quatiet cum fulmine montes:
Te pater intactam coelo seruabit ab alto.
Dixit. & esculea, quam tum gestare coronam
Moris erat: posita, frondenti tempora lauro
Implicuit: repetensq; aditus, & delphica uictor
Templa, nouos primo sacrauit limine ramos.
Parnasum hinc omnem, sacrosq; hac arbore colles
Conseruit: musasq; simul, vatesq; disertos
Tempora daphnea iussit circundare fronde.
ALTERA praeterea ratio haud tennenda uirentem
Vatibus admouit laurum: musisq; sacrauit.
Nam cum pleiades fulgentia lumina condunt:
Et redeunt primae canentia frigora brumae:
Nulla quidem non exuuias, & frondis honorem
Excussum queritur gelidis aquilonibus arbos,
Arescunt reliquae: nudataq; brachia uentis
Exponunt: moestaeq; niues patiuntur, & imbres.
Sola uirens loetas nullo non tempore frondes
Laurus habet: semper ramos gerit una comantes.
Coetera sic hominum uiuax monumenta uetustas
Conterit: & tacitis sensim corrupta senectae
Dentibus absumit: tenuesq; emittit in auras.
At clara ingenii, & studiosae pignora mentis
Nil rapidis debent fatis: aeuoq; sequaci.
Sunt aeterna: suumq; tenent intacta nitorem:
Nullā aeuo cariem, nullā sensura senectā.
Aspice pyramidum memphitica tempore lapsa:
Quae fuerāt totum miracula nota per orbem.
Aspice faemineo babilonia condita luxu
Moenia, tergeminis amplissima curribus olim:

Interiere: nouis tellus possessa colonis
Tanti operis ne parua quidem uestigia seruat.
Quid pendens uacua cęli regione sepulchrum:
Quattuor artificum certantes arte lobores?
Hoc rata perpetuum socii fore pignus amoris
Iactabas, miserum fallens hac mole dolorem:
Procubuit regina tamen: periere labores:
Tantus amor, tantę periit pietatis imago.
Quid memorem triuię templum uenerabile diuae
Europae atq; asiae specimen? quid numinis aedem
Cornigeri: cunctis reddentem oracula terris?
Omnia sunt aequata solo. tulit omnia tempus.
Sed tibi quid longinqua nimis, quid barbara narro?
Aspice flammiferi capitolia celsa tonantis:
Tot spoliis olim, tantisq; ornata triumphis.
Aspice & actiaci ueneranda palatia phoebi:
Caesareas quondam sedes, augustaq; tecta.
Praeterea tot templa deum, totq; alta theatra,
Atria tot procerum, tot circos, balnea, termas:
Coeteraq; immensos urbis monumenta labores.
Omnia sunt euersa. uirum uis improba partem,
Partem auido obrepens confecit dente uetustas.
Ast animi nunquam pereunt monumenta: nec illis
Aut uis vlla potest, aut ulla nocere senecta.
Dum phrigios Simois Xanctus dum perfluet agros:
Meonii uiuent diuina poemata uatis.
Ascraei praecepta senis tunc docta peribunt:
Credita cum pinguis non reddet semina tellus.
Dum conficta dolis meretrix, dum stultus amator,
Dum seruus domini fallax, erit ipse Menander.
Nulla sophoclaeum norunt non soecla coturnum:
Dum dirae fuerint caedes, dum soeua nouerca.
Donec erunt uarios agitantia sydera motus:
Lunaq; fraterno capiet de lumine lumen:
Inclita Arataei fulgebunt signa libelli.

Illaq; Callimachi musam, coiq; poetę
Tempora delebunt: quis desinet esse cupido.
Pascua dum fuerint, segetesq;, & martia bella:
Diuinum ostendet terris sua musa Marcnem.
Stultaq; dum uarios mutabunt pectora sensus:
Accipientq; nouas mortalia corpora formas:
Pelignus toto cantabitur orbe poeta.
Dumq; cupidineis facibus male sana uirorum
Pectora succendet geminorum mater amorum.
Delia iocundo uiuet celebrata Tibullo.
Cum uiciis satyras derisor Oratius acres
Carmina cum uenere extingui dircęa uidebit.
Deniq; ne cunctos repetam: quos gręcia uates
Aedidit: aut urbes inter clarissima Roma.
Dum medium oceano circum labente tenebit
Pondere pressa graui tellus: dumq; arduus ęther
Vltima: dum terras inter flammamq; liquentem
Vndiq; fundetur circum purissimus aer:
Semper honos uatum per tempora cuncta piorum,
Et decus, & laudes, & nomina clara manebunt
Daphnęam hinc igitur primi meruere coronam:
Perpetuae signum famę, & gestamen honoris.
Hos magni uirtute duces, animoq; secuti,
Incensi fama, ac prędulci laudis honore
Summa etenim uirtus supremę est ęmula laudis:
Hec bello petiere decus: ualidisq; subactis
Gentibus, imperioq; aucto, spoliisq; receptis
Egere insignes pompa comitante triumphos.
Ornaruntq; sacra uictricia tempora lauro.
Annuit his phoebus: tantoq; assensus honori
Vatibus esse dedit propriam hanc ducibusq; coronam
Illi etenim ingeniis, hi dextra ac fortibus armis
Immortale parant terrris atq; ęthere nomen.
Adde, quod hi pręstãti animo, atq; insignibus actis
Materiam musis prębent, causamq; canendi. b i

Si nihil æacides, si nil gessisset Vlixes:
Quod caneret, magni tuba non habuisset Homeri.
Notaq; uix esset diuini musa Maronis:
Ni bellum aeneas latiis gessisset in aruis.
Ergo aganippaeo frondens de vertice Laurus
Non modo pierias frontes, & tempora uatum:
Sed bello quoq; uictores, niueisq; quadrigis
Inuectos ad templa duces de more coronat.

Ad Antonium Nerlium Petri Tanais
Filium eiusdem Madalii Silua
cui titulus est
HEDERA.

Vis furor Antoni laceros complectitur art9?
Insanamq; rapit nysae super ardua mentem?
Bacchus adest hedera redimitus flaua sequaci
Tempora: nec fessum patitur requiescere uatem.
Promeritosq; suae frondis deposcit honores.
Lusisti Laurum phoebo: mihi lude corimbos.
Si te phoebus amat: Bacchus non spernit eundem.
Innumeris autem uinclis vt pectora fratum
Nerlia uerus amor retinet deuincta duorum:
Sic per apollineam peneia pignora Laurum
Pallentes serpant hederae: amplexuq; per omnes
Intendant tacito fruticantia bracchia truncos.
Et nunc multiplices glomerent per mutua nexus:
Nunc circum truncos lambant: ramosq; corimbis
Impediant: superentq; uago fastigia lapsu.
Dixit: & in nostro tumidus se pectore condit.
Ast ego bisgenito cupiens parere parenti,
Ac tibi germano iunctam cum fratre coronam
Ludere: qua sacri superato culmine montis
Me duce, mellifluo cingas caua tempora cantu:
Priscorum breuiter repetam primordia diuum.
Niliacas olim gentes, aegiptiaq; arua
Iusticia ac meritis in pace regebat Osyris,

Ingẽnio ac uirtute ingens / ingentior armis.
Hic sibi ut imperium patria uirtute relictum
Seruaret: meritisq3 animos retineret agrestes:
Multa prius generi nequaquam cognita nostro
Ingenio / magnoq3 diu quaesita labore
Repperit: & magnos mortalibus attulit usus.
Primus enim inuento terram proscindere ferro
Instituit: frugesq3 dedit: massaq3 subacta
Praebuit insuetam populis mirantibus escam.
Primus & inuentam plantauit in ordine uitem.
Quoq3 seri posset: quo posset alescere cultu
Edocuit: primus maturas uitibus uuas
Decerpsit: nudoq3 lacum pede missus in altum
Expressit: mustumq3 bibit: sociisq3 ministrans
Plena coronauit pręedulci pocula succo.
Ipse suis demum celabrans conuiuia primus
Apposuit: docuitq3 merum nos ponere mensis.
Multaq3 praeterea sollerti mente reperta
Tradidit: & rudibus populis seruanda reliquit.
Nec bello minor: aut factis modo segnior armis.
Nam patriis minime contentus finibus / & iam
Magna agitans / terrarum orbem sub pectore versãs /
Vicinam aethiopum gentem / raptoq3 ferisq3
Viuentem / nec dum belli armorumue peritam
Impiger aggreditur: quo uictor ab hoste reuersus /
Cum tentata suis primus succedere uotis
Cerneret: atq3 ausis fortunam afflare fauentem:
Prosequitur quacunq3 furor / sorsq3 hostis / amorq3
Vincendi stimulant: & qua se gloria pandit.
Protinus hinc libyam / praetentaq3 syrtibus arua /
Marmaridasq3 uagos penetrans / numidasq3 feroces /
Aegipanes / faunosq3 petit: satyrosq3 procaces /
Herculeosq3 humeris axes atlanta ferentem.
Inde palestinos conuersis subiugat armis.
Deliciasq3 arabũ casiamq3 / & cynnama vastat. bii

Et tandem ignotos uictor pertransit ad indos.
Taprobanen, indumq; petit. procul inde repostas
Eoas penetrat gentes: Variasq; uirorum
Ac rerum non uisa prius miracula formas.
Pallentem his hederam terris, & frondis honorem
Nunquam amittentem ut primum conspexit osyris:
Sustulit: & gratam nobis dabis una coronam:
Dixit: & inuenta cingens caua tempora fronde
Esse suam uoluit plantam: & sic ipse uocauit.
Hinc adit ignotos seres: gangemq; rapacem.
Gangaridas summo pugnas elephante cientes
Perdomat: & celsas uictricia signa colunnas
Erigit: inde urbem patrię de nomine Nysam
Condit: & ampla sui passim monumenta relinquit.
Inde referre pedem, patriamq; reuisere dulcem
Exoptans, longaeq; uolens imponere finem
Militiae, & socios ad tecta reducere fessos,
Continuo insignem uicto exoriente triumphum,
Innumeris asiae populis libyaeq; subactis
Ducere constituit: captasq; exordine gentes
Ad currum triplici uinctas ductare catena.
Ergo quadriiugo gemmis conspectus & auro
Inuehitur curru: magna quē mole elephantum
Bina trahunt modo passa iugum domitataq; terga.
Ipse hedera, quam, dum indorum deserta peragrat:
Inuentam ab se se miro seruabat honore:
Victricem exornat frontem: croceisq; corimbis
Hinc atq; hinc currum, & longas circundat habenas.
Triticeas uno manus altera gestat aristas:
Altera fert uuis distinctam & palmite uitem.
Ante ipsum inuehitur pando silenus asello:
Frons hederam, leua aenophorum, fert dextera tyrsū.
Aegipanes, satyriq; leues, fauniq; bicornes
Hinc atq; hinc currum circumfunduntur ouantes:
Virgineiq; chori pariter, ducuntq; choreas:

Et pulsant cytharas: & osyrim carmine tollunt.
At currum innumerae gentes, capta oppida bello
Signantes, uario cultu, linguaq; sequuntur.
Ipse hedera insignis, praedaq; orientis onustus
Subsequitur domito rediens exercitus orbe.
Victoremq; ducem loeto clamore salutat.
Noster io rex, noster io rex magne triumpha.
Rursus io, ac rursus confundi elementa uidentur:
Vocibus assiduis tantus petit aethera clamor.
Hic patrios primus fines transgressus adire
Aethiopas, libyamq; omnem, gentesq; repostas,
Hic syriam, ditesq; arabes, partosq; subegit.
Hic tandem intactos primus penetrauit ad indos.
Egit & insolitum deuicto ex orbe triumphum.
Hic est: quem multo tribuit sibi graecia fastu.
Hic est: quem uario donatum nomine Bacchum,
Bassareum, Bromiumq; uocant, patremq; Lyaeum.
Hic cupidae est partus Semeles, soeuiq; Tonantis
Quem pater: ut perhibent: materno e funere raptum,
Et femori inclusum Nysa nutriuit in alta.
Hic inquam est: magno quem graecia donat honore.
Orgia cui mediis celebrat trieterica siluis.
Cui totos operata dies noctesq; iuuentus,
Matres, atq; uiri, pueri, grandesq; puellae,
Per siluas agrosq; uagi, perq; oppida passim
Gestant pampineis intextas frondibus hastas:
Et te Bacche uocant. resonat clamoribus aether.
Bachantur stimulante deo: grauibusq; feruntur
Maenades attonitae furiis: Bromiumq; uocantes
Nocturnis graios implent ululatibus agros.
In medio quoq; multa canunt uentura furore.
Creditur afflatas pater inspirare Lyaeus.
Scilicet ille deus mentes ac pectora uersat.
Ille agitat stimulis animos: & cogit habenis:
Occultam inspirat flammam: incenditq; furore:

Excitat afflatas mentes : aperitq; futura:
Arcanos promit sensus : fata abdita pandit.
Ille facit uates, additq; in carmina uires:
Haeroum fera bella canit, laudesq; deorum.
Sublimem facit ille uirum : facit ille disertum:
Et tacito phoebi stimulos sub pectore versat.
Quinetiam uates hedera pallente coronat:
Ascribitq; suae phoebo haud renuente cateruae.
Non etenim sine mente uiri, sine numine diuum
Concipiunt tantos mortali pectore sensus.
Est deus ille deus : pectus qui uexat anhelum:
Sollicitam inspirat mentem : stimulisq; fatigat.
Hoc Phoebus Bacchusq; facit . dat uterq; furorem:
Numen uterq; suum inspirat : dat uterq; coronam:
Ipse suam phoebus laurum : tu Bacche corimbos.
Vtq; hederae arboreos circundant palmite truncos:
Et ramos cingunt omnes : perq; omnia serpunt:
Sic sensus calor ille dei complectitur omnes:
Permeat & uaenas sensim : & praecordia uincit.
Vtq; uirent illae semper : nec tempore canas
Amittunt frondes : sic carminis omne per aeuum
Durat : & aeternam seruat sibi gloria nomen.
Sed iam Bachus abit : plausumq; extollit in auras.
Madalium Antoni uox deserit ipsa canentem:
Membraq; feruenti defecta furore rigescunt.

Ad Carolum Becossum

MYRTVS

Vsimus aemonias frōdes : & munera Bacchi.
Tertia perfectae subtexere dona coronae
Carole restat adhuc : venus indignata fauorē
Ne neget alma suum : faciatq; euadere Salmam
Difficilem : ac surdas posthac mihi praebeat aures.
Myrtum igitur ueneris breuiter nunc accipe dicam:
Imperium ut solus posset retinere paternum:
Falcifer ; ut perhibent ; cano genitalia patri

Abſcidit : & medium longe deiecit in aequor.
Incaluit uiuo raptus de corpore ſanguis:
Confuſuſq; ſalis ſpumis concreuit : & ipſam
Aequoreis ſubito uenerem concepit in undis.
Protinus orta petit terras : & proxima nando
Littora : & in cypriam primum deſcendit harenam.
Myrtea forte fuit paphio tum littore ſilua
Ramorum amplexu, atq; umbris horrentibus atra.
Proripit huc ſe nuda venus : tutoq; receſſu
Abditur : & uiridi praetexit corpus amictu.
Hinc meriti ſine fine memor flauentia myrto
Tempora circundat : iubet hanc geſtare miniſtros:
His templa, his ſacras ornari frondibus aras.
Vt quae prima deae gratum, cum ueſtis egeret:
Praeſtitit officium : ramoſq; obtendit opacos:
Haec illi ſacrata locis foret omnibus arbos.
Et ueneris ſacros inter fidoſq; miniſtros
Eſt phoebi numeroſa cohors : pars maxima uatum.
Nam poſt caſtalios latices, & dona ſororum,
Innumeros cytherea tenet, molliſq; Cupido.
Nec grauia heroo reſonant modo carmine bella:
Sed dulces elego tenui modulantur amores:
Nec ueneri ſeruire pudet : duraſq; puellae
Excubias agere ante fores : placidaſq; benigno
Nunc dare, nunc tumidas irato pectore uoces.
Suggerit ipſa venus uoces ac uerba precanti:
Iratoq; minas, & triſtia carmina dictat.
Ipſa docet uarias elegos iactare querelas:
Et placido iratam dominam deflectere cantu.
Deniq; blanditias vati gratumq; leporem
Suppeditat : molleſq; iocos, luſuſq; procaces.
Quin audire ſuas cariq; cupididinis illam
Saepe iuuat laudes : gaudet quoq; uatibus ipſis
Miſceri : & doctas inter reſidere camoenas.
Saepe etiam Idalium, Cyprumq; altamq; Cytherā

Deserit : & uates, nimpharumq; antra reuisit:
Et puero, & molli caritum stipata corona.
At uenerem lęti uates, lętęq; sorores
Excipiunt : celebrantq; choros : & gaudia iungunt.
Hinc myrto cytherea suos redimire poetas
Est dignata : sibiq; suos dedit esse ministros..
Illi alacres paphiae donis, & numine diuae
Et matri, & puero referunt sua sacra quotannis.
Thure onerant sacras sertisq; recentibus aras:
Et Venerem accepta redimiti fronde salutant.
Haec modo sufficiant : retines iam Carole myrtum.

TANAIS NERLIVS

Pontanum loquitur generosa Naepolis unum:
Et Carmelitam Mantua docta sacrum.
Facundi gaudent Mutinenses carmine Saxi:
Loetatur Gallo martia Roma suo.
Nunc quoq; Madalius dicetur laudabus amplis
In Cortonensi gloria prima solo.

ANTONIVS NERLIVS

Gaudete ausonii : post plurima soecula tandem
Vester ab exilio Naso poeta redit.
Corpus inire aliud qui nos de corpore dixit:
Accepere modo uerba fidem Samii.
Quis negat ? ecce mei noscis sub corde Magistri
Nasonem nostris uiuere temporibus.



